

Sigismundus I. rex Polonia, consiliani-
is, aliisque subditis terrarum suarum
Prussiae

156

Sigismundus Dei gratia rex Polonia, magnus
dux Lithuanie, Russia, Prussia, Masovia etc.
dominus et heres. Reverendi in Christo patres
et domini, magnifici, generosi, nobiles et famati
sincere et fideles nobis dilecti. Quod petunt à no-
bis sinceritates et fidelitates vestre, ut canobia fra-
trum mendicantium, et Deo dicatarum virginum,
exempta esse vellemus ab exactione contributionis,
quæ in terris nostris Prussia constituta est, id
fecimus non gravate, atque hanc eis immunitatem
concedimus. Quod vero perfici auctoritate nostra re-
gia postulabant, ut reverendissimi domini archiepi-
scopi Gnezniensis, ac Vladislaviensis et Plocensis
episcoporum subditi, qui sunt in terris nostris Prus-
siae, aliorum exemplo et episcopi aasis solvant, egre-
mus nos quidem cum duobus, sed cum domini epi-
scopi et clerici terrarum Prussia, contributionem
si quæ in synodo dearnitus, solvere recusent, ne-
gant ipsi suos quoque subditos in terris Prussia
ad eiusmodi pensionem numerandam teneri. Ad
thesaurarium vero terrarum nostrarum Prussia
litteras dedimus, quibus, ut visum erat sinceritati-
bus et fidelitatibus vestris, ei serio mandavimus,
ut si qui superioris temporis aasis nondum
persolverunt, eos diligenter investiget, ac ad parem
cum aliis

cum aliis solutionem adigat. Quod aliis literis
scribunt, de serenissimo rege Danica, cura no:
bis futurum est, simul ut Deo bene iuvante ex
morbo hoc nostro recreati erimus. Datum Cra:
covie duodecima Decembris, anno Domini mil:
lesimo quingentesimo quadragesimo secundo, re:
gni nostri anno trigesimo sexto.

Ex mandato sacre
regie maiestatis pro:
prio.

Reverendis in Christo patribus
dominis episcopis, nec non ma:
gnificis, generosis, nobilibus et
famatis, terrarum nostrarum Pru:
siae, utriusque status consiliariis
sincere et fidelibus nobis dilectis